est fortitudo mentis. Sexta quoque ydria disciplina est qua non nostro arbitrio sed alieno vivimus ut deleat quisque disciplinate vivendo delinquimus. Lapidee sunt hee dure sunt hee sed necesse est homines in hiis lavari si forte volumus propter sorditates nostras accipere a domino libellum repudii. Petrus in eo quod dicit lapidee non solum duriciam sed multo melius soliditatem potest intelligi quia non lavat hec nisi firma stabilitate perstiterint. Dicit ergo dominus ad ministros: Implete ydrias aqua. Quid sibi vult istud domine? Ministri sunt solliciti de vini penuria et tu dicis implete ydrias aqua. Ille de potu cogitant et tu precipis ut vasa purificacionis impleant. Sic omnino sic suspiranti nobis ad rachelis amplexus lya a patre supponitur. Nobis fratres qui ministri sumus et servi verbi per christum nobis precipit impleri ydrias aqua quociens deest vinum. Ac si dicat: Illi devocionem desiderant vinum vinum fervorem flagitant sed nondum venit hora mea. Implete ydrias aqua. Que est enim aqua sapientie salutaris et si a deo scitis nisi fons vite et initium sapientie timor domini. Dicit ergo ministris: Inicite mentis et spiritu timoris non tam vasa quam corda replete quia ut ad caritatem perveniant inchoandi sunt a timore ut dicant et ipsi: A timore tuo domine concepimus et parturivimus spiritum salutis. Sed quo implebuntur ydrie? Perpendat enim evangelista capientes singule metretas binas vel ternas. Que sunt due metrete et tria? Utique duplex timor communis et notus omnibus. Tercius quidem minus communis et minus notus. Primus timor est ne mittamur in gehennam. Secundus ne excludamur a visione dei privemur tam inestimabili gloria. Tercius replet animam omni sollicitudine timendam ne forte destituatur a gratia. Et quidem omnis timor domini sicut aqua extinguit ut ignem sic extinguit concupiscentiam. Sed iste maxime cum ad omnem temptacionem statim occurrit ne forte contingat amittere graciam. Ut sibi dicatur homo labatur cotidie de malo in peius de periculo mortis in graviorem culpam quales utique multos videmus cum in sordibus sunt sed descendentes adhuc. Nam adversus timorem istum non est unde sibi blandiatur aut sive de morte forte qui trite peccati sive de emendatione futura. Talibus enim blandimentis impeditur aliquantum duo priora genera timoris. Precipit ergo nobis dominus ut hac aqua ydrias impleamus. Sunt enim aliqui vacue et plene vento si quis tamen a deo insanus est ut in eo per vanitatis studium ille quasi per experimentum observancie mereatur perpetua benedictio ut sunt fatue virgines scilicet vasis oleum non habentes. Interdum autem quod peius est plene quidem sunt sed plene veneno quod est invidia murmur rancor ira et detractio. Propterea forte ne subtrahatur ista dum vinum deest iubemur implere ydrias aqua ut districtum mandata domini in timore que sint mutentur in vinum cum timor expellitur a caritate et impleantur cum fervore spiritus et iocunda devocione. ||

Sermo de conversione sancti pauli quomodo quidem ad exemplum eius debeamus converti.

Dilectissimi conversio doctoris gentium ab universitate gentium festivis hodie gaudiis celebratur. Multos enim ab hac radice ra-

mos prodisse videmus. Conversus paulus conversionis minister futurus
est universo mundo. Et multos quidem olim in carne adhuc sed nunc iam
sedem curie ambulans predicationis officio convertit ad dominum. Nunc in ipso fe
liciter vivens et apud ipsum nec adhuc quidem cessat ab hominum conversione
dicto aut exemplo orationis doctrina. Propterea denique conversionis eius
memoria frequentatur quod et ipsa memorantibus utilis inveniatur. In hac etiam
memoria et peccator spem venie concipit ut provocetur ad penitentiam et qui
iam penitet perfecte conversionis accipit formam. Quis desperet ultra pro ma
gnitudine cuiuslibet criminis cum quidem Saulum audiat adhuc spirantem
minarum et cedis in discipulos domini subito factum vas electionis? Quis
dicit iam iniquitatis pondere pressus assurgere ad studia meliora non
valeo, cum in ipso itinere quo singulariter sitiens christianum cruorem toto pecto
re virus exhalabat persecutor crudelissimus in fidelissimum repente muta
tus est predicatorem? Magnifice siquidem in hac una conversione et misericordie
magnitudo et efficatia gratie commendatur. Subito ait lux circumfulsit eum
lux de celo. O vere estimabilis divine dignatio pietatis. Illustrare celes
ti fulgore vel a foris intus adhuc luminis incapacem cui mentem infunde
re potuit divina saltem circumfundere claritate. Et vox facta est. Lucis et
vocis testimonia facta sunt credibilia nimis nec dubitare est de veri
tate que sese ingerit per utrumque oculorum scilicet et aurium sensus.
Sic nimirum sed et in iordane quoque super caput domini et columba apparuit et
vox sonuit. Sic et in monte cum transfiguratus est coram discipulis clari
tas visa est et vox nichilominus patris audita. Saule Saule quid me per
sequeris? Vere apprehensus est Saulus. Non est dissimulandi locus. Non est
facultas ulla negandi. In manibus sunt epistole crudelissime legationis
auctoritatis exercende potius inique. Quid me persequeris inquit?
Dominum non persequebatur ipsum qui Christi membra persequebatur in terris. Sed porro
persecuti sunt Christum qui sacratissimum illud corpus crucis affigere patibulo
et non persequebatur eum qui adversus corpus eius quod est ecclesia est enim
corpus eius etiam ipsa adeo furebat iniquo. Denique si proprium sanguinem
dedit in pretium redemptionis animarum non tibi videtur graviorem ab eo sustinere
persecutionem qui suggestione maligna exemplo pernicioso scandali offendiculo
ne avertit ab eo animas quas redemit quam a iudeo qui sanguinem illum
fudit? Agnoscite dilectissimi expavescite conscientia eorum qui salu
tem impediunt animarum. Horrendum penitus sacrilegium quod et ipsorum videtur
excedere facinus qui domine maiestatis manus sacrilegas iniecerunt. Videbatur
iam cessasse persecutionis tempus sed revera palam factum est. Inimicis deest per
secutio christiano sed neque ipso. Et nunc quod gravius est Christum persequuntur qui
ab eo utique christiani dicuntur. Amici tui deus et proximi adver
sum te appropinquaverunt et steterunt. Coniurasse videtur contra te univer
sitas populi christiani a minimo usque ad maximum. A planta pedis usque ad

verticem capitis non est sanitas ulla. Egressa est iniquitas a senioribus iudi-
cibus vicariis tuis qui videntur regere populum tuum. Non est iam dicere ut populus sic
sacerdos quia nec sic populus ut sacerdos. Heu heu domine deus quia ipsi sunt in persecu-
tione tua primi qui videntur in ecclesia tua primatum diligere gerere principatum. Arcem
Syon occupaverunt, apprehenderunt municiones et universam deinceps
libere et potestative tradunt incendio civitatem. Misera eorum conversatio plebis
tue miserabilis subversio est. Atque utinam sola hac parte nocerent. Esset
forte qui dominica premonitus et premunitus exhortatione diceret operum
ipsorum non exempla imitari sed observare precepta. Nunc autem dati sunt sacri
gradus in occasionem turpis lucri et questum estimant pietatem. Copiosis-
sime siquidem pietatis inveniuntur in suscipienda cura animarum accipienda magis
animarum cura sed hec apud eos cura minor et de animarum salute novissima co-
gitatio est. An vero salvatori animarum gravior ulla potest esse persecutio?
Inique agunt et ceteri contra Christum, multique sunt nostris temporibus antichri-
sti. Merito hi et crudeliore eum cruciant persecutione pro acceptis beneficiis et
graviorem sentit pro potestate quam propriis sustinet a ministris. Licet a-
lii quoque multi contra proximorum salutem multipharie multisque modis et
variis occasionibus agere videantur. Hec videt Christus et silet. Hec salvator
patitur et dissimulat. Propterea quoque nos dissimulemus necesse est et
sileamus interim maxime quod de prelatis nostris magis est celandum. Sic nimirum
sibi placet et ipsis ut evadant interim humana iudicia veniatque semel gra-
ve iudicium hiis qui presunt et potentes potenter tormenta patientur. Ve-
rum dilectissimi ne quis forte sit et in nobis dominus persecutor, quia manifesta do-
cet ratio impedire salutem esse persequi salvatorem. Quas ego de salute a-
nime mee fratribus illis gratias agere possim qui michi propinant detractionis
sitienter venenum? Merito detractores deo odibiles describuntur, tamquam per-
secutores. Quid et is qui exemplo suo ad remissius agendum ceteros provo-
cat aut singularitate turbat aut quietem curiositate aut impatientia
sua et murmuratione molestat aut quomodolibet non contristat spiritum dei
qui in eis est sanctum diligens unum de minimis istis credentibus in eum? Nonne et
hic manifeste persequitur Christum? Ut ergo persecutorum et nomen et crimen
longe sit semper a nobis, obsecro vos dilectissimi benignos semper in-
vicem exhibeamus nos invicem supportantes in omni patientia et ad id quod melius
et perfectius est alterutrum provocantes. Quis enim servus sufficere sibi pu-
tat non persequi dominum, sed nec obsequi domino? Quia habitu rursus est gravius si
ut non resistat sed nec assistat quidem? Denique si quis a deo pusillanimis
est ut satis sibi reputet nec persecutorem esse nec coadiutorem dei, au-
diat quid ipse loquitur: Qui non est mecum contra me est et qui non colligit
mecum dispergit. Saule Saule quid me persequeris? Et ille: Quis es do-
mine? Hinc profecto datur intelligi quia vere circumfusa erant illi clarita-
tis non infusa. Videbat Paulus dominum vere sed faciem domini non videbat quia

erudiebatur ad fidem ut ipse postea doceret fides ex auditu. Quis es inquit.
Ignorans enim persequebatur et ideo consecutus est misericordiam quia ignorans in incredulitate
hoc fecit. Discite ex hoc fratres iustum iudicem deum non modo quid fiat sed et
quo animo fiat considerare et cavete deinceps ne quis parva reputet quod
libet parva sciens delinquere committens. Nemo dicat in corde suo levia sunt
ista non curo corrigere non est magnum si in hiis maneam venialibus mini
misque peccatis. Hec enim est dilectissimi impenitentia hec blasphemia in spiritum sanctum blas
phemia irremissibilis. Paulus quidem blasphemus fuit sed non in spiritum
sanctum quia ignorans fecit in incredulitate non in spiritum sanctum excepit blasphemiam
et ideo consecutus est misericordiam. Quis es domine. Et dominus ad eum. Ego sum Jhesus na
zarenus quem tu persequeris. Ego salvator quem tu persequendo peris. Ego sum
de quo in lege tua legis predictum quod in nobis impletum quia nazareus vocabitur.
Et ille. Domine quid me vis facere. Hec plane fratres conversionis est for
ma. Paratum cor meum deus paratum cor meum. Paratus sum et non sum turba
tus ut custodiam mandata tua. Domine quid me vis facere. O verbum breve sed
plenum sed vivum sed efficax sed dignum omni acceptione. Quam pauci inveni
untur in hac perfecte obediencie forma qui suam ita abiecerint voluntatem et ne ip
sum quidem cor proprium habeant ut non quod ipsi sed quod dominus velit omni hora
requirant dicentes sine intermissione. Domine quid me vis facere. Et illud
Samuelis. Loquere domine quia audit servus tuus. Heu plures habemus emulos evange
lici illius ceci quam novi apostoli imitatores. Quid vis ait dominus ad cecum illum ut
faciam tibi. Quanta est misericordia tua domine quanta est dignatio tua. Itane dominus
servi querit ut eius faciat voluntatem. Vere cecus ille qui non consideravit
non expavit non exclamavit. Absit hoc domine tu magis dic quid me facere
velis sic enim decet sic omnino dignum est non ut a te sed a me tua queratur
et fiat voluntas. Videtis fratres quia vere necessaria erat hec in loco conver-
sio. Sed profecto plurimorum usque hodie pusillanimitas et perversitas exi
git ut a beneficiis querere oporteat. Quid vis ut faciam tibi. Non ipsi querunt.
Domine quid me vis facere. Considerate necesse habet minister et vicari
us Christi quid sibi preponi velint. Non ipsi considerant que voluntas sit prepo
siti. Non est ista obediencia plena. Non in omnibus paratus sit discipulus. Non per
omnia secuti propositum eius qui non suam sed patris venit facere voluntatem
discernunt et diiudicant eligentes in quibus obediant imperanti ymo in
quibus preceptore suo ipsum obedire necesse sit voluntati. Huiusmodi et si
tolerari se videant ac condescendi ac more geri infirmitatis sue profi
ciant obsecro pre ceteris semper parvulos inveniri ne quis forte audiat quod
debuit volens facere et non fecit. Et a valentibus parva et longanimitate placata
fiat tandem multitudo expulsaque misericordie cumulus iuste dampnatio
nis. Domine quid me vis facere. Et dominus ad illum. Surge et ingredere civi
tatem ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. O sapientia suavis vere univer-
sa disponens cum ante locutus erudiendum de voluntate tua mittis ad homi

nem dicit et ipse surge, datum sibi quidem hominibus subveniente ingredere civi-
tatem. Videte fratres non sine divino consilio factum esse ut hanc civitatem dominus vir-
tuti ingredientium divinam dixerit voluntatem. Plane qui te salubriter ter-
ruit et convertit cor tuum ad desiderandam voluntatem suam ipse tibi dicet:
surge et ingredere civitatem. Sed audi quid manifeste in hiis que sequun-
tur. Volentia simplicitatis et christiana commendatur mansuetudo. Apertis ocu-
lis nichil videbat, ad manus trahebatur ab hiis qui comitabantur eum.
Felix cecitas est qua male quondam illuminati in penitentiam tunc et
conversionem oculi salubriter excecantur. Hinc quod triduo Paulus sine
cibo manet persistens in oratione ad eos maxime pertinet qui noviter seculo
abrenunciantes necdum in celesti consolatione respirant. Sustineant ergo
et ipsi dominum in sua patientia, orent sine intermissione querentes petentes pulsan-
tes quod exaudiet eos pater celestis in tempore oportuno. Non obliviscetur in finem,
veniet et non tardabit. Si triduo sustinueris eum non habens quod man-
duces confide quod misericors et miserator dominus ieiunum te non dimittet.
Exinde iubetur Ananias manus imponere Paulo sed tamen bene eruditus
non continuo acquiescit. Videt enim sicut et ceteri Paulus ipse doctrinam hanc de-
inde tradit discipulo: nemini inquiens cito manus imposueris. Videt autem
dum orat virum introeuntem et imponentem sibi manus ut visum recipiat. Fratres
Paulus hec cum vidisset non continuo illuminatus est. Nunquid non exspecta-
vit Ananie manum quod venturum cum forte in simplex pendet? Sed hoc dico qua-
propter ne quis forte inter vos qui solo sese sompnio presumat illuminatum esse
nec iam expectaverit paratam ad manum trahi sed ductorem sese profite-
atur. Alienum an necdum administrationis cura iniuncta est an necdum cre-
dita dispensatio an necdum propositum est ut videat et provideat hiis qui
apertos oculos habentes nichil vident. Quis hec presumere temptat nisi
qui meditatur inania et consilium sompnia vana sectatur? Caveamus ab hoc vi-
cio fratres, semper quod in nobis est arbitrati dignum esse ad manus trahi man-
suetudine et humilitate discentes a Christo domino cui est honor et gloria in secu-
la seculorum amen. || Sermo secundus de conversione beati Pauli.

Conversus est hodie Paulus, immo Saulus conversus est in Pau-
lum. Siquidem factus est tunc evangelicus ille parvulus de
quo dominus ait: nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvulus iste
non intrabitis in regnum celorum. Factus enim sicut ipse dicebat minimus ip-
se et laudabilis nimis ipse parvulus qui datus est nobis. Nec tamen magis
nisi interim sed parvulus exhibetur ut semper fiat gratie et efficax ne-
cessarie parvitatis exemplum. || Ad parvulum igitur fit conversio tua ut di-
cis parvulus esse tu quoque cum conversus parvulus fias. Conversio audi
quid induit ipsum sibi in quo constituerit forma conversionis Paulum ma-
nifestat signanter ea que sunt parvuli in tempore iniunda proponens. Dis-
cite inquit a me quia mitis sum et humilis corde. Gemina parvulis humilitas